

NICOLAUS COMES IN HOLSTEIN.



Nicolaus ex illustrissima familia comitum de Holstein genitus, post patris obitum rebus præficitur. Erat is multis uirtutibus belli & pacis tempore conspicuus, ita ut apud principes Germaniae in magna authoritate esset, Anno post natum Christum millesimo ducentesimo septuagesimo. In primis uero pietati operam dedit, atque religionem promouere studuit. Itaque cum uideret aliquos principum suis equis et canibus subditis molestos esse, eos amicè officij admonuit, atque ad uirtutes incitauit. Inter alios ignuos homines in primis odio prosequebatur sycophatos eos, qui morionum instar principum aulas frequentarent, atque suo otio alijs hominibus molesti essent. præterea Musicos & cantatores procul à se arcebat, atque ad labores relegabat. Erga pauperes uero erat misericordia & liberalis.